na dicitur esse sinagoga. Sic aperte ostenditur quia gentibus non predicabat. Et in sinagogis predicare i
dicitur quia iudeorum sunt. Et predicans non qualia non fabulas sed evangelium quod pertinet ad regnum dei;
docens et predicans dicitur in comparatione magistrorum, predicans restitutione regni dei quod non videtur.
Et sanans languorem. Languor est diuturnus morbus; infirmitas qualibet vel momentanea vel non. Et dicitur misti-
ce sanavit languores nostros, id est peccata inveterata, et infirmitates nostras id est peccata recentia.
Moraliter est quod predicator non solum verba dare sed quecumque in bonitate potest dare debet. Et abiit; Mo-
raliter est quod predicator debet habere bonum ab hiis qui foris sunt testimonium. Hec autem cuique; vita
irreprehensibilis est. Restat ut predicatio eius contempnatur. Allegorice debet bona fama eius vadere usque fi
ad superbos huius seculi pervenire. Quia per syriam quod dicitur elatio significatur, et postquam sanctitas eius cognoscitur
offerentur et de rege ei se male habentes et alii variis vitiis occupati. Languor est diuturnus i
tormentum; acutus morbus ut dolor dentium et alii morbi vexantes acriter homines. Annume- fi
rat per partes demoniacos, lunaticos. Lunatici sunt qui vexantur a demonibus circa lunationes.
ut homines blasphement creaturam dei credentes ex luna hoc se habere. Demoniaci sunt idolatre.
lunatici instabiles qui modo credunt, modo recedunt. Paralitici sunt pigri homines et dissoluti qui nichil
faciunt. Et secute sunt eum turbe. Dominum sequitur ecclesia que multis nobis designatur. Ipsa est enim i
Galilea. Decapolis id est x civitatum regio, quia significat decalogum. Ipsa Ierusalem. Ipsa Iudea
id est confessio. Ipsa est trans Iordanem, quia omnes fideles recipiunt baptismum. Videns autem turbas. De hoc fi
sermone videntur dissentire Lucas et Matheus. Lucas enim refert quod dominus exiit in montem orare.
et erat pernoctans in oratione dei. Et cum dies factus esset, vocavit discipulos suos et elegit xii
ex ipsis quos et apostolos nominavit. Et descendens cum illis stetit in campestri loco et turba dis-
cipulorum et multitudo plebis. Et elevatis oculis in discipulos dicebat: Beati pauperes
et multa post que posuit multa non pretermittit. Multa quoque alia inserit.
Matheus non narrat, tantum dicit vidisse turbas et in montem ascendisse cum discipulis et
ibi ad eos sermonem hunc habuisse, sedendo non stando sicut Lucas ait. Potest ita ut
Augustinus videtur sermo et alius intelligi. Si idem est, tunc dicetur quod et dominus et discipuli
et turbe ascenderunt in montem in quendam locum campestrem et planum, qui erat in montis latere.
qui multum populum capere poterat. Sed postea ascendit in cacumen montis cum solis discipulis
suis et ibi elegit apostolos; quibus electis descendit ad locum campestrem et ibi stetit donec
congregarentur ad eum turbe et postea sedit, quod tacet Lucas. Et cum sedisset, accesserunt ad
propinquius discipuli eius ut familiares et ita hunc sermonem principaliter ad discipulos
et ad turbas. Tamen ergo dicemus quod Matheus facit recitationem de ascensione domini in cacumen
montis vitando turbas, quia volebat discipulos eligere, quamvis non elegit apostolos, quamvis de cacu-
mine descendit. Et quamvis stetit postea tacet Matheus et a sermone incepit. Sed melius
videtur quod duo sermones sunt: unus quem et privatim fecit discipulis suis quibus volebat novum
testamentum tradere quod portaturi erant, quia non omnia omnibus sunt dicenda; et alius quem fecit in mo-
coram omnibus, in quo et multa recapitulavit que in alio dixerat. Et tamen sciendum quod
multa pretermittit Matheus que dicit Lucas in ascensione montis, scilicet quod pernoctavit in oratione
quando apostolos elegit. Ad litteram veniamus. Mistice Christus ad predicandum apostolos tradit
novum testamentum et quia profunda et sublimia [illegible] erant in montem ascendit
ut altitudinem misteriorum significaret. Populum non in imo docet quia non habet
altam intelligentiam. Receperunt autem apostoli in ordinatione sua non solum nomen
apostolatus sed in spiritu maioris intelligentie. Itaque illis electis alta dicit;

4